

1542. id. 21. Martij.

Sigismundus I. Rex Polonia
Isabella Regina Hungaria

Sigismundus I. Rex Polonia etc

40

Serenissima etc. Nichil est, quod nobis
gratias agat Majestas Vestra de pecu-
nia sibi per nos suppedita. Functi
eiusdem summis officio nostro paterno, quod
in nobis nunquam desiderari a maje-
state Vestra patiemur. Quare et hoc
summa cura et Diligentia. facturi
sumus; quod a nobis populat, ut ra-
tiones illius in tuto collocare cone-
mur. Illud imprimis, ut ex his locis
in quibus nunc est ad nostrum regnum
commigrandi ei facultate faciamus.
Non pridem venit huius generis Pe-
trus Lubomirski Aulicus noster, qui
nos etiam consueto morbo nostro
laborantes invenit. Ex quo iam Dei
beneficio recreari, et convalescere
cepimus. Simul atque tamen redi-
it, is quamlibet agra nulla pror-
sus mora interposita ad Consiliarios
regni nostri, qui nunc Piotroviensi-
bus Comitibus intersunt. Lubiclavici-
um nostrum misimus, qui ut cele-
riter suam nobis ea de re consilium
prescriberent, admonuimus, quod qui-
dem in horas expectamus, quam pri-

mund



